



POLIPHILI
HYPNERO
THOMA
CHIA.

IO GROLIERII ET AMICORVM.







Polyphile, nom d'un certain Auteur qui vivoit dans le siècle XV. Le mot qui veut dire qui a beaucoup d'amis, a été apparemment emprunté par celui qui a composé l'ouvrage intitulé Hypnerotomachia, et dont le véritable nom étoit François Colonna. Le titre de son ouvrage est tiré de trois mots Grec qui signifient sommeil, amour, combat. Vossius de Hist. Lat -

Moreri Lit. P. pag. 215.

L'É. Brollier

Petri Francisci Creng Doctoris Veronenfis

Medici del 1706

HYPNEROTOMACHIA POLIPHILI VBI HV
MANA OMNIA NON NISISOMNIVM
ESSE DOCET .AT QVE OBITER
PLVRIMA SCITV SANE
QVAM DIGNA COM
MEMORAT.

* * *

* * *

*

CAVTVM EST, NE QVIS IN DOMINIO
ILL. S. V. IMPVNĒ HVNCLI
BRVM QVEAT
IMPRIME
RE.



CVM semper Dux inuictiss. ob singulares uirtutes & famam tui nominis te colui, & obseruauit, tū maxime ex quo frater meus tuis auspiciis ī Bibienæ obsidione militauit, quicquid enim tunc per te ī eum collatum fuit, id autem multum fuisse sæpe memorat benignitatem & humanitatē in se tuam referens, id totum ad Crassos omnes pertinere arbitrati sumus, & quod unus tulit, id omnes tibi acceptum ferimus, nec iam ei concedimus, ut magis tuus sit, q̄ nos omnes sumus. Sed fratres mei occasionem expectant causa tua non modo sua omnia, sed uitam etiam exponēdi. Ego autem, qui pro uirili mea, quo nam pacto tibi aperiam sæpe cogito, cogitaboq; donec perfecero, nunc in uoti mei spem uenio aliquam. Nam cum sciam tecum non fortunæ bonis plus agi posse, q̄ aquis (ut fertur) cū mari, solasq; apud te literas & uirtutes posse, literis aditum ad te tanq̄ uadū tentauit. Venit nuper in manus meas nouum quoddam & admirandum Poliphili opus (id enim nomē libro inditū est) quod ne in tenebris diutius lateret, sed mortalibus mature prodesset, sumptibus meis imprimendum & publicandum cūraui, uerum, ne liber iste parente orbatus ueluti pupillus sine tutela, aut patrociniū aliquo esse uideretur te patronum presentem delegimus, in cuius nomen audaculus prodiret, quo, ut ego amoris nunc & obseruantia in te meæ ministro & nuncio, sic tu ad studia, & multiplicem doctrinam tuam socio sæpe utereris. tanta est enim in eo nō modo scientia, sed copia, ut cum hunc uideris, non magis omnes ueterū libros, q̄ naturæ ipsius occultas res uidisse uidearis. res una in eo miranda est, q̄ cum nostrati lingua loquatur, non minus ad eum cognoscendum opus sit græca & romana, q̄ tusca & uernacula. Cogitauit enim uir sapientissimus, si ita loqueretur, unā esse uiam, & rationem, qua nullus, quin aliquid disceret ueniam negligentia suæ prætereire possit, sed tamen ita se temperauit, ut nisi, qui doctissimus foret in doctrina suæ sacrarium penetrare non posset, qui uero non doctus accederet non desperaret tamen. Illud accedit, q̄ si quæ res natura sua difficiles essent, amœnitate quadā tāq̄ referantur omnis generis florum uiridario oratione sua ui declarantur, & proferuntur figurisq; & imaginibus oculis subiectæ patent & referuntur. Non hic res sunt uulgo expositæ & triuuis decantandæ, sed quæ ex philosophiæ penu depromptæ, & musarum fontibus haustæ quadam dicendi nouitate perpolitæ ingeniorum omnium gratiam mereantur. Suscipias igitur princeps humaniss. Poliphilum nostrum, qua doctos fronte soles, & ita suscipias, ut cum animi grati munusculum sit, tui Leonardi Crassi admonitus libentius legas, quod si (ut spero) feceris, & hic nullius censurā

formidabit cū tuā subiuerit, & frequentius ab aliis legetur, qui a te lectus
putabitur, & ego ex parte aliqua affecutū me, quod optauerā sperabo. Va
le & Crassos mecum tuos tuis annuera.

Io. Bap. Scythæ carmen ad clarissimum
Leonardum Crassum artium ac iuris Pon
tificii consultum.

Hic mirabilis & nouus libellus
Aequandus ueterum libris auorum,
Quo, quicquid dat in orbe uita toto
Rarum & nobile, fertur ac refertur,
Tantum fert tibi Crasse gratiarum,
Quantum Poliphilo tulit parenti
Vitam Poliphilus dedit, dedisti
Vitam tu quoq; sed necem repellis.
Nam cum conditus in situ iaceret
Lethen iam metuens sibi propinquam,
Das hunc gentibus omnibus legendum,
Nec tu sumptibus, aut tuo labori
Parcis, sed melior parente natum
Proiectum gremio tuo leuasti.
Olim bis genitum ferunt lyæum.
Sic nunc contigit huic libro, refertq;
Patrem Poliphilus, Iouemq; Crassus

Anonymi elegia Ad Lectorem.

Candide Poliphilum narrantem somnia lector,

Aufcultes, summo sōnia missa Polo,

Non operam perdes, non hæc audisse pigebit.

Tam uariis mirum rebus abundat opus.

Si grauis & tetricus contemnis erotica, rerum

Nosce precor seriem tam bene dispositam.

Abnuis: ac saltem stylus & noua lingua nouusque,

Sermo grauis, sophia serogat aspicias.

Id quo que si renuis, geometrica cerne, uetusta

Plurima niliacis disce referta notis.

Hic sunt pyramides thermæ, ingentesque colossi

Ac obeliscorum forma uetusta patet.

Hic diuersa basis fulget uarieque colūnæ

Illarumque arcus, zophora, epistylia,

Et capita atque trabes, & cum quadrante coronæ

Symmetria & quicquid testâ superba facit.
 Hic regum cernes exculpta palatia, cultus
 Nympharum, fontes, egregiasque epulas,
 Hinc bicolor chorea est latronum. expressaq; tota
 In labyrinthis uita hominum tenebris
 Hinc lege de triplici quæ maiestate tonantis
 Dicat, & in portis egerit ipse tribus
 Polia qua fuerit forma, quæ culta, triumphos
 Inde Iouis spectat quattuor æthereos.
 Hæc præter, uarios affectus narrat amoris,
 Atque opera & quantum scæuiat ille Deus.
 Hic cum Vertumno pariter Pomona triumphat,
 Lamp facio fiunt hic quoque sacra deo.
 Hic templum est ingens omni perfectius arte
 Sacrorum ritus multiplices ueterum,
 Mox aliud templum uitiatum dentibus æui
 Cernes, hicque animo plurima grata tuo
 Tartareas sedes. epithaphia multa, ratemque,
 Qua uehitur Veneris per freta uasta puer.
 Exhibitos que illi summos reuerenter honores
 Omnibus a diuis æquora quotquot habent.
 Hinc hortis, pratisque uide distincta cythæra,
 In cuius medio curua theatra patent.
 Hicque Cupidineum poteris spectare triumphum.
 Hic fons, & paphiæ forma uerenda Deæ est.
 Quæ circa tumulum celebrentur Adonis amati
 Annua per Venerem, Naiadas que leges.
 Hæc rerum series contenta uolumine primo
 Hæc noua diuini somnia Poliphili.
 Nata ubi sit, qua stirpe, quibusque parentibus orta
 Polia, qui sequitur explicat inde liber.
 Et quis condiderit Taruisi moenia primus.
 Hinc seriem longi totus amoris habet.
 postremo ornatus liber est appendice longa
 Quam legere ingratum non puto lector erit.
 plurima sunt etiam, piguit, sed cuncta referre
 Accipe quod cornu copia larga dedit.
 Ecce iuuat, prodestq; liber. si temnis utrumque,
 Non libri culpam crede, sed esse tuam.

Finis.

Lector si tu defideri intendere breuēte quello che in questa parte contiene, Sapi che Poliphilo narra hauere i sōno uisto mirāde cose, laquale opa ello p uocabulo græco la chiama pugna damor i sōno. Oue lui finge hauere uisto molte cose ātiquarie digne di memoria, & tutto quello lui dice hauere uisto di pūcto i pūcto & p pprii uocabuli ello descriue cum elegante stilo, Pyramide, obelisci, R uine maxime di edificii. La differētia di colūne la sua mēsurā, gli capitelli, base, epistyli, cioe trabi recti, trabi inflexi, zophori, cioe frisi, coronice cū gli sui ornati. Vno magno cavallo. Vno maximo elephanto, Vno colosso, una porta magnifica, cum le mēsure & li sui ornāti, uno spauēto, li cinque sentinēti in cinque nymphe uno egregio bagno, fontane, el palatio della regia che eel libero arbitrio. uno regio pasto & supexcellente. La uarietate di zoic ouero petre, pretiose & la sua natura. Vno gioco de scachi in ballo atre mēsure de soni. Tre giardini, uno di uitro, uno di seta, uno i laberyntho che e la uita humana uno peristyllo latericio, Oue in medio era expressa la trinitate in figure hieroglyphe, cioe sacre sculpture agyptie. Le tre porte in quale lui rimāse Polia come era di habito & habitudine. Polia el conduce a mirare quatro triumphi mirādi di Ioue, le amorose deli Dei. Quelle di poeti, laffecto & effecto damore uario. El triumpho di Vertūno cum Pomona. El sacrificio allantica di Priapo, uno maraueglioso tempio p arte descripto. Oue furon facti sacrificii cum mirabili riti & religione. Come Polia & lui andorono allo littore aspectare Cupidine, oue era uno tēpio destructo. Nel quale Polia suade a Poliphilo el uadi intro a mirare le cose antiche. Et qui ui uide molti epitaphii, uno inferno depincto di musaico. Como p spauento de qui se parti, & uene da Polia. Et qui ui stanti uene Cupidine cum la nauicula da sei Nymphe remigata. Nellaquale ambo intrati, amor fece uela cum le sue ale. Et qui ui dagli Dii marini & dee, & nymphe & mōstri li fu facto honore a Cupidine, giunseron allinsula Cytherea, laquale Poliphilo distincto in boschetti, prati, horti, & fiumi, & fonti plenamēte la descriue, & li p̄senti fu fatti a Cupidine & lo accepto dalle Nymphe, & come sopra uno carro triūphāte ādorono ad uno mirādo teatro tuto descripto. In mezo delinsula. Nel mezo dil quale e il fonte uenero di sette colūne pretiose, & tutto che iui fu facto, & uenendo Marte dindi se partirono & andorono al fonte, Oue era la sepultura di Adone. Et qui narano le nymphe lo anniuersario che in memoria faceua Venere. Suadeno poscia le nymphe a Polia che la narra la sua origine & el suo inamoratione, & questo nel primo libro. Nel secondo Polia narra el suo parentato, la ædificatione de Taruiso, la difficultate del suo inamoratione, & lo felice exito, & cōpita la historia cum infiniti & dignissimi accessorii & correlarij, al canto dilla philomela se sueglie. Vale.

LEOnardo Craſſo mio doct̃or uerendo
prelato exulto in arte liberale
& in ogni uirtu egregia a quel comprendo.
Merita laude ſumma & immortale
per la impenſa e prouincia che gli ha tolta
per farne copia dun compendio tale.
Terſo lector adunque aſcolta aſcolta
gli ſomnii di Poliphilo narrante
dal ciel demiffi cum dolceza molta.
Non perderai el tempo ſtrauagante
anci iubilera i de hauer udito
lo pra di uarie coſe exuberante.
Se tu tetrico ſprezi el nouo inuito
erotico la ſerie ben diſpoſta
non diſprezar, chol bel ſtilo exquiſito.
Sel ſermon graue e ſciantia ben compoſta
non ti guſtaſſe guarda le figure,
uetuſte in geometria che poco coſta.
Le molte note cum le lor miſure
feruate a preſſo el nilo dagli egypti
le pyramide antiche ſepulture.
Cum gli obeliſchi in cima aquelle ritti
le therme e bagni e ſtature de coloffi
che chi le mira ne riman ſconfitti.
Qui ſum diuerſe baſe & archi groſſi
uarie colonne aquei proportionati
a capitelli e trabe che le poſſi.
Et le corone cum gli ſui quadrati
le ſymmetrie, li zophori epiſtelli
che li ſuperbi tecti ne ha monſtrati.
Qui ui uederai pallaci culti e belli
de ree ſignori eli nymphali fonti
eli conuiti condecanti aquelli.
Iui uedrai diuerſi ſchachi azunti
in gioco de latroni & acti humani
in laberyntho e tenebre congiunti.
Qui lezerai de triplici e non uani
geſti, & la maieſta del gran tonante
in le tre porte e ſui coſigli fani.
Chi fuſſe Polia bella e triumphante
indi uedrai de Ioue gli caeſti

triumphi quatro summo altitonante.
 Dapoi ti narra oltra in non agresti
 e uarii affecti lo pera amorosa
 ele ferite che amor da aterresti.
 Qui cum Vertumno Pomona zoiola
 triumpha, e de Priapo el sacrificio
 cum lasinello, e mentula monstrosa.
 Qui ui e un gran tempio che dal primo initio
 tutto e perfecto cum mirabil arte
 cum multiplici riti atal officio.
 Vnaltro tempio roso in molte parte
 uitiato tutto dalla uetustate
 come potrai ueder in queste charte.
 Et altre cose che ti saran grate
 tartaree sede epitaphii infiniti
 & dil figlio di Venere la rate.
 Gli honori che gli son tutti impartiti
 cum reuerentia summa dagli Dei
 gli mari, e fiumi egli altri iui uniti.
 Prati giardini & horti cytherei
 in mezo un bel theatro iui distinto
 douel triumpha cum Cupidinei.
 El fonte della paphia a questo euinto
 cum la sua forma ueneranda e bella
 e il tumulo di Adon de uita spinto.
 Che tanto amato al mondo fu da quella
 che hor celebrato gli e lo anni uersario
 per le Naiadee Venus mischinella.
 Questo contiene nel libro primario
 de sogni de Poliphilo excellenti
 in stil leggiadro trasparente e uario.
 Giu nel secondo narra li parenti
 di Polia, e stirpe, e forma, & oue e nata
 e de Taruisio gli primi condenti.
 Dapoi in questo sopra tutta innamorata
 e un libro degno, e pien di molto ornato
 che chi nol leze ha uera la mente ingrata.
 Diuerse cose son in sto tractato
 che referir me graua, ma tu accetta
 lo pra, chel Cornucopia ne ha mandato
 quella emendando se la sia incoretta.

Finis.

Andreas Maro Brixianus.

Cuius opus dic mufa: meum est, octoq; sororum,
Vestrum: cur datus est Poliphilo titulus?
Plus etiam a nobis meruit communis alumnus.
Sed rogo quis uero est nomine Poliphilus?
Nolumus agnosci, cur: certum est ante uidere
An diuina etiam liuor edat rabidus.
Si parceret, quid erit: noscetur, sin minus: haud uos
Dignamur uero nomine Poliphili.

O q̄ de cunctis felix mortalibus una es
Polia, quæ uiuis mortua, sed melius.
Te dum Poliphilus somno iacet obrutus alto,
Peruigilare facit docta per ora uirum.